



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 59. De Appr. Discipulis dum piscare[n]tur facta.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

MEDITATIONVM: 361

1. Tunc Thomas factus est fidelis, & confessus est Christum, quando misit manum & tetigit latus eius: Ita nunquam fides erit perfecta, si non opere compleamus id quod mente credimus.

6. *Quia me vidisti, dicit Christus Thomæ, credidisti, beati illi qui non viderunt, & crediderunt.* Illi facile seruitur Christo, quibus ipse dat consolationes spirituales; at seruire ei sine consolatione, ut est res maioris difficultatis, ita etiam est maioris meriti, & beatitudinis in cœlo amplioris.

7. In vita exordio, Christus veniens in *Luc. 2.* mundum pacem attulit, sicut dixit Angelus pastoribus; in exitu item, iam, iamq; a nobis abiuturus nobis pacem reliquit, ut intelligeremus totam vitam & perfectionem hominis Christiani, in pace & charitate consilere.



MEDITATIO LIX.

APPARET DISCIPVLIS DVM PISCANTVR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Palam se denuò fecit Christus piscantibus septem discipulis tota nocte frusta.* *Ioan. 21.*

II. *Per miraculum agnoscens eum Ioannes, ait Petro: Dominus est, &c.*

Q qui con-

o, in qua
re Chri-
t multas
pertin-
igionis,

m Tho-
diu bene
llis con-
itæ. Si-
ni ser-
igentes,
dulcedi-
n ipsi fa-
rs disci-
erat cum
solum;
edicato-
n suum
ent nisi
sit mor-
undem
Aposto-
et.
, separa-
ratione:
n eadem
Christo:
ne, inten-
non cu-
ad illos
igimus,
os, aut
s. TUNC

qui confestim desiliens in mare, ad Christum accessit.

III. Dedit eis, ut comederent panem & pīcēm. Postea Petro, an se diligeret, ter interrogando, suum ouile commendauit: Pasce oves meas &c.

P R O P H E T I A.

Ezeo.47 **A**Qua autem descendebant in latus tem pli dextrum ad meridiem altaris, (de quibus aquis paulo inferius subiungit) & erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ. & sanabuntur & vivent omnia, ad qua venerit torrens. Et stabunt super illa pīcatores, ab Engaddi usque ad Engallim siccatio sāgenarum erit: plurima species erunt pīcium eius sicut pisces maris magni, multitudinis nimia.

D O C V M E N T A.

1. **P**etrus postquam fuisset vocatus ad Apóstolatum rediit ad artem pīcandi: sed non & Matthæus ad telonium. Ex quo discamus licet eas artes, quæ in mundo non possunt exerceri absque peccato, post conuersationem, à nemine exercendas; illas vero, quas licite exerceat quispiam in sæculo, potest etiam in religione licite & cum merito exercere.

2.D*i.*

MEDITATIONVM. 363

2. Discipuli pescantes noctu , nihil ceperunt. Illi nocte pescantur , & nihil capiunt, qui opera bona exercent in statu peccati mortalis , nam illa opera quantacunq; sint , non merentur præmium vitæ aternæ. Praterea illi nocte pescantur , & sine fructu , qui impendunt suos labores , & totam vitam in famulatu mundi.
3. Christo roganti an haberent aliquem pescem quem comederet , responderunt Apostoli: non. Cibus quem Dominus à nobis petit, est obedientia suorum mandatorum , quibus omnes obligamur , quemcū um non habent, nec Christo dare possunt, qui pescantur in nocte peccati , sed illi soli qui pescantur in luce gratia.
4. Cum Apostoli laborassent tota nocte frustra , tandem iacentes rete in eam partem quam CHRISTVS indicabat , ceperunt magnam multitudinem pescium. Mirabilis est obedientia vis , quippe quæ efficiat, ut opera , quæ à nobis facta sunt propria voluntate parum aut nibil mereantur , quæ vero ex obedientia , sint inæstimabilis meriti.
5. Per Apostolos pescantes significantur Prædicatores : rete est verbum Dei , pisces sunt peccatores : dextrum latus , est pars spirituialis , sinistrum autem temporalis. Illi ergo, qui prædicant verbum Dei , ut placeant hominibus , & qui querunt propriam gloriam & aliquid commodum tempore pescantur ad latus sinistrum , & ideo nullum faciunt tristum , sed illi qui suis concionibus & laboribus propositam solam habent gloriam Dei , & salutem animarum , reportant fructum copiosum.

Q 2


6. Ioan-

6. Ioannes primus omnium cognouit Christum, & dixit Petro, *Dominus est.* Illi habent maius lumen, & sunt capaciores cognitionis diuinæ, & rerum spiritualium, qui sunt similes Ioanni, corde scilicet puri, & corpore casti, & incorrupti.

7. Petrus, subito ut cognouit quia Dominus est, misit se in mare: Anima quando non cognoscit aut sapit Deum, amat seipsum, & fugit passionem, sed quam primum aduerit, & gustat quam suavis sit Dominus, in mare tribulationis se coniicit, & desiderat pati & multum laborare ob amorem Dei.

8. Christus non inuitauit Apostolos ad prandium, postquam noctu sine ullo fructu fuissent fatigati; sed cum ipsius dicto obedientes cepissent multos pisces. Dominus non remunerat omnes labores, quos subimus in hoc mundo, sed illos solum, quos ex ipsius obedientia & amore suscipimus.

9. Dominus postquam hi septem discipuli essent pescati, secundum ipsius praescriptum, vocat eos ad prandium, quod ipse paraverat, ut significaret, quod post resurrectionem, illi sint vocandi, & recipiendi ad coeleste conuiuum, qui pleni septiformi gratia Spiritus sancti, fuerint saepius in diuino servitio fatigati.



MEDITATIO LX. APPARET DISCIPVLIS IN MONTE THABOR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Mar. 16 I. Ex mandato Domini abeunt discipuli in